



EXPLICATIO AD QVATVOR PRIMOS PANDECTARVM LIBROS.

NOVÆQVE EORVNDem ET SVBTILES
ILLVSTRATIONES:



AUCTORE D. PETRO REBVSFFO DE
*Montepessulano, Iurium Doctore & Comite, necnon Iuris
Pontificij Parisius publico Professore, & in supremo
Senatus Patrono meritissimo.*

Adiecti sunt ad leg. Si debitori, de Iudiciis. I. Imperatores, de priuil. cred. I. Si
quis pro eo, de fideiuss. ff. & legem vnicam. C. ex delictis defunctorū. eiusdem
Auctoris intellectus noui, & ad Galliarum praxeis accommodati.

Cum INDICIBVS, Rubricatione, Legum, & verūque &
verborum locupletissimis.

I
N
V
I
R
T
U
T
E,



E
T
F
O
R
T
V
N
A



LUGDVNI,

Apud Gulielmum Rouillium, sub scuto Veneto.

M. D. LXXXIX.

CVM PRIVILEGIO CAESARIS MAIESTATIS,
ET REGIS GALLORVM CHRISTIANISSIMI.

COLL. SOC. IESV SALM. EX DONO REGVM.



ILLVSTRISSIMO ET ORNATIS.

VIRO D. BARTHASARO DE VILLARS,

CONSILIARIO REGIO, ET VRBI PROVIN-

cia Lugdunensi meritissimo Præsidi, &

supremæ Dombarum Curia

eximio Senatori,

¶

GVLIELMVS ROVILLIVS, S.



*Q*uasi (vir illustrissime) cui libri huius munus deferrem, nec inueni cui magis deberem, cui magis vellem quam tibi. Deberem, propter illustres cum antiqui tui stemmatis, tum tuas virtutes, virtutes, cum publicas tum priuatas, Lugdunensis enim iustitia clauus multos ante annos penes tuam familiam stetit, stetit autem ita, ut quod in tanto omnium gentium, populorumque in communem huius urbis mercatum concursu, tam varia diffusaque iurisdictione, sit admirabile, effugerint omnes, non solum iustas honorum querelas, sed & perniciosas improborum calumnias. Te vero ad id ipsum muneris vocatū homines colunt, merito, quia in iure hominem deponis, tuisque libenter decretis acquiescunt, quia tu iusticia acquiescis, iubet illa suam cuique tribuere, tribuis, nihil tribuere gratia aut metui, nihil tribuis: premere noxios, innocentes tegere & tu facis, nec tuam unquam salutarem dexteram malis adesse sensitus, aut bonis defuisse, ut iam sciant omnes habere Lugdunum Fabricium & Curiam suam. & ha sunt tua tuorumque publica virtutes. Domesticas vero & Penatium (ut dica) vestrorum laudare cum mea iuberet admiratio, vetat modestia tua, & parebitur potius tibi. Vellem autem, quia tu vnus eximie inter Lugdunenses civilis doctrinae genus intelligis, & quia intelligis, amas, & quia amas, libens amplecteris. Accedit etiā ad tuā summa nobilissimi viri Nicolai Delange socii tui in me beneuolentia, qui non se mihi solum praesens, vixque, quae est summa humanitate, rogatus exhibuit (quod vnum apud me semper magni beneficij loco esse debet) sed & pro egrigia in me voluntate, qua nullum neque finem neque modum statuit demerendi mei, te fratremque tuum summis honoribus in Reip. florentes, viros eximia pietate, fide, integritate conciliauit mihi, ut cum habeam multos quibus me obnoxium esse profitear, quem illi anteponam habeam neminem. Accipe itaque (vir ornatissime) hoc literarium munus, animi mei, virtutisque tuae iustis de causis debitum testimonium, specie quidem paruum, sed fructu & utilitate, grande, imò vel ipso Rebus nominis splendore (cuius nos illo fato Reip. sublato non pauca restituimus monumenta) nobile & illustre, ac diiudicandis litibus, quae tua cura est, apprimè necessarium. Si quidem obscuras ex Magistratum iurisdictione in ius ve vocandi lites si scrutaris, in primum & secundum ff. liberos docebunt Commentaria, Aduocatorum iura si inquiras, & c.



D. PETRI REBUFFI
COMMENTARIORVM
AD IVS CIVILE,
PARS PRIMA.

DE IUSTITIA ET IURE. TIT. I.

SVMARIA.

1. Ius à iustitia deducitur.
2. In principiis non est errandum.
3. Iustitia allusio qua fit.
4. Differentia inter definitionem & descriptionem.
5. Bonum & aequum quid dicatur.
6. Quomodo in lege tendenda consideretur.
Et an unum ab altero separari possit. ibid.
7. Iurisconsulti quomodo sacerdotes dicantur.
8. Respublica vniuersa in tres ordines diuidenda.
9. Causa, ex quibus statutum cognoscitur illicitum.
10. Statutum magistratus, vt prehensens exolem, habeat centum, an valeat.
11. Impositio veltigij iam iniusta, etiam iure diuino, potest fraudari.

LEX I. VLPIANVS LIB. I.
INSTITVTIONVM.



Vbi operâ daturum prius nosse oportet, vnde nomen Iuris descendat.]

INVOCATIONE D. N. I. Optimi Maximi prehabita, videmus Vlpian. Iurisconsult. in hoc principio admonere eum,

qui ius discrete capit, vt prius cognoscat, vnde iuris nomen descendat: descendit autem à iustitia, & sic prius est iustitia, quam ius, quod ostendit hæc ratio, in qua ipsa præponitur iuri, & quia iustitia ius suum cuique tribuit. Iustitia, infra & §. primo, eodem tit. in Insti.

Itaque ad principia nos aduertere Bald. monet, dicens principia fortes esse, in quibus nemo errare debet, quia modicus error in principio, est maximus in fine. Ideo cauendum est maximè, ne in portu (vt adagio dicitur) impingamus, seu in limine desiciamus: Nam scribit Arist. lib. 1. Elenchor. in fine, maximum esse principium omnium, quare & difficillimū, quantum enim potestate validissimū, tanto mole minimum: difficillimum perspectu est, eo autem comperito, facile est adiuuere, coartareque reliquum. Ait etiam Leo Episc. cap. principatus. 1. quæst. 1. Quæ malo in-

choata sunt principia, vix bono peragi exitu.

Quomobrem Vlpian. hæc more boni Oratoris, in hoc principio commendat ius à bono & æquo, videlicet quod ars boni & æqui sit, quodque illius professores bonos efficiant, tam metui poenarum, quam poeniarum exhortatione, demum hanc disciplinam veram philosophiam, non simulatam esse docet, quæ omnia persequemur in sequentibus: alia literarum studiois necessaria tractari in scholasticis, ut lib. 1.

Item, verbum, oportet, exponit Accursius pro, decet, sed in sua significatione stare debet. Nam necesse est eum, qui iura scire cupit, vt prius noscat principia iuris, alioqui contra eius studium deficiente principio, & fundamento. Leg. ff. de except. rei iudic. Et sic proprie accipietur verbum, oportet, vt abunde sensus de eo in l. verbum, oportet, ff. de verb. sign.

Est autem ius à iustitia appellatum.] Aliaz. in lib. 1. Patere, cap. 25. dicit, Grammaticos in Iurecōs. nostros (vt eius verbis utar) genuinum con- toquere, quod ius à iustitia dictum tradiderunt, malumque à huius ludo, sequi, quod iustitiam dixerit esse iuris statum, in e. forum. de verb. sign. Ipse autem iustitiam dici putat, quod vni sitat, sed vbi vis non erit, iustitia dici non poterit, si eius sententiam sequi volumus, aliq. multa ibi scribitur: quæ parū placent, maximè quia longè petita videntur.

Vnde ego dicerem, Grammaticos fortè non pug- nare cum Iurecōs. si vni que rectè intelligantur. Nam si queratur, vnde ius descendat, Vlpian. hic à iustitia, ait, & ius ab ea appellatum, quia iustitia ius tribuit. I. iustitia, infra eod. Ergo iustitia prius tempo- re fuit, vnde ius producitur, sed si noscete velimus, quare vocetur iustitia. Respon. Ildor. quia iuris sta- tus, & ita non pugnant Iurecōs. cum Ildoro, nec cum Grammaticis. Nam hic Vlpia. docet ius à iusti- tia nomen suspensum, sed vnde dicatur iustitia, & allu- sio iustitiz est, quasi iuris status, & sic vnus scribit originem, alter allusionem, quæ diuersa sunt, nec magis, si non ad vnum tendant: facit cap. iustum. xxij. quæst. ij. Et ius dicitur, quia iustum est. cap. ius generale. 1. dist. 1.

Item, hic definire Vlpia. dicimus ius quod tractat, non autem diuinum, de quo non loquitur, sed civile, collectum ex naturalibus, gentium, & ciuilibus præ- ceptis. §. huius infra, eod.

P. Rebuffi Lectura. A

Pars do- finitio.

Quomodo ius à iustitia descendat.

I. Iustitia prior iure.

De prin- cipio.

I N D E X.

V Agabundus an possit ad magistratus promoveri.	281. b	V & confirmatio.	503. b. & seq.
Vassallus tenetur iurare dominum fendi, à quo maius tenet beneficium.	403. a	Volarum in ius qua persone ad tempus possint, qua verb percipiant.	252. 1. b. & 271. 2. a
Vendentes vitulum carnem pro alia quo crimine teneantur.	78. 3. a	Volens quid perpetrans & in aliu deprehensus, quamvis non perfecerit, quomodo puniendus sit.	46. 2. & 52
Vendere rem suam in alio loco aut tempore quam ipse velit an quis teneatur, & quare.	ead. 4. b	Voluntas quando spectanda sit.	ibid.
Vendere tempore caritatis, an cogantur divites.	79. 5. a	Voluntas alicuius an sit secundum ius interpretanda.	439. 6. a
Venditio castri an iurisdictionem complectatur, que castro coheret.	170. 1. b	Vox, iuvenis & senis quando equipollet.	484. a
Venditio rei distali quando & quomodo facienda sit.	376. b	Vsuarius qua actione agere possit contra dominum, pro seruo occiso.	345. b
Venditio sub lege commissoria facta que dicatur.	419. b	Vsura hodie permittitur, & quare.	405. b
Venditio rerum mobilium minoris de iure codicis an valeat.	435. a	Vsura qua percipi potuit reddenda minori, & quomodo.	ibidem
Venditiones per visum facta à quo & quomodo prohiberi debeant.	433. 4. b	Vsura quando praestanda.	293. 2. a
Venditor legem commissoriam eligens an possit postea variare.	419. 1. b	Vsura quando omni iore sint improbatæ.	459. 17. a
Venenosum faciens, vendens, vel habens causa nocendi hominis qua pena puniatur.	46. 3. a	Vsuarium non cogitur sequi debitorem vagabundum, nec etiam vxor vxorem.	482. b. & seq. a
Verba commendataria an obligent.	350. a	Vsus forensis ad evitanda homicidij pericula.	18. 13. a
Verba quando sint improprianda.	475. a	& consuetudo regni Francie.	ibidem
Verborum quare in interpretationibus vitanda.	30. b	Vsus forensis in parte semper citanda.	122. 5. b
Vicagregens qui possint agere, & que non.	169. 15. b	Vsus forensis in Francia, de domo communi restituenda.	139. 1. b
Vitalia taxare quis debeat.	78. 4. a. & b	Vsus forensis de puniendo Locumtentes.	186. 7. a
Vittus si iustam litigandi causam habeat, an tandem teneatur victuari in expensis.	490. 49. & 50. a	Vsus forensis Francie de salaris petendo.	190. 6. a
Vidua quando domicilium viri retineat.	241. 6. b	Vsus forensis de patre iudice in causa filij.	125. 1. b
Viduus quare permissum, mortuo marito, artificium per famulos ad hoc expertis exercere.	59. 1. a	Vsus forensis Francie de confessione coram iudice incompetente facta.	232. 3. a
Vim alteri illatam quando quis repellere possit.	15. 6. b	Vsus hodiernus de fideiussoribus iudicio sistendi causa datus.	255. 2. b
Vim à Magistratu illatam an liceat repellere.	16. 11. b	Vsus praxoris, de non sistente iudicio eum, quem promittit.	256. b
Vim suis Magistratibus illatam non repellentes qua pena puniendi.	17. 13. b	Vsus forensis in approbando iudice.	261. 4. b
Vim inferri an teneatur ad rei restitutionem, si res perempta sit dolo & culpa eius.	329. a	Vsus forensis in Francia de confesso in criminalibus.	238. 6. b
Vir an possit uxorem defendere.	15. 5. a	Vsufructus quare publicandus sit.	363. 2. a
Virginum raptores qua pena puniantur.	104. b	Vsufructus quatenus cedatur.	ead. & b
Viri & mulierum coniunctio longe alia est, quam animalium rationis expertum, & quomodo.	9. 1. b & 10. a	Vulnerans aliquem modice, an puniendus pena statuta de vulnerante.	474. 17. a
Vir Cõsularis quare maliori Cõsulari preferatur.	48. 4. b	Vxor que maritum habet sanum, fugiens, adulterij accusari non potest.	41. 4. b
Vix qua dicatur.	17. 12. a	Vxor quando non possitur conquisitibus.	200. a
Vix imperandi & parendi secundum naturam est.	19. 1. a	Vxor non potest queri, si maritus eam non vocet dominam, & quare.	427. 2. a
Vix atrox qua vocetur.	323. b	Vxorem secundam capiens vivente prima, qua pena puniendus, atrox & qui propter causa coram ea agitata muliere abutitur.	67. 10. & 11. b
Vix à magistratibus quot modis fiat.	ibid.	Vxorem quando liceat repudiare de iure diuino & Canonico.	378. b
Vix qua in re committi dicatur.	313. a		
Vnicuique in sua arte credendum.	4. 8. a		
Vnus ex Procuratoribus licet cõtestans alius cum eo cõstitutis preferatur, & quare: eiusdemque limitatio.			

F I N I S.

E V G D V N I,
Excudebat Petrus Roufsin:

M. D. LXXXIX.